



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Feria tertia. Exercit. 34

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

rale alimentum sumamus, vt corpus tantummodo ad Dei seruitium sustentetur, non autem vt vires capiat ad rebellandum spiritui.

Oblatio.

Offeremus nos Deo ad priuationē, pro amore illius, quarumcunque deliciarum corporalium: solumque rerum necessariorum vsum & etiam ad patienter tolerandam, horum necessariorum oblationem.

FERIA TERTIA.

Exercitium. 34.

Luc. 6. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.

Psal. 131. Pauperes eius saturabo panibus.

Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirent eum.

Cant. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Consideratio.

Considerabimus, Deum in presenti vita electos suos, gratia, & spiri-
tua-

tuabbus considerationibus sustentare: quibus illos ita reficit, & fatiat, vt Regnum & Principum huius mundi, diuitiæ & voluptatis cum illorū opibus ac voluptatibus comparari non queant.

Gratiarum actio.

GRatias reddemus Deo, quod creaturis suis, se tam liberaliter communicet, quas ad mensam suam inuitat, dicens: *Comedite & bibite amici, & inebriamini charissimi*: imo de ostio ad ostium transit, vt vocet illas ad hoc conuiuium, ac proinde alibi ait: *Ego sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit, cenabo cum illo & ipse mecum.*

Consideratio.

ERubescemus, quod cœleste hoc manna, floccifecerimus ac spreuerimus, e quæ altia & cœpas Ægypti, hoc est sensuum voluptates prætulerimus.

Petr.

Petitio.

PRecabimur Dominum, vt nobis
cœlestem hunc panem communi-
cet: faciatque vt nunquam animabus
nostris desit.

Oblatio.

Offeremus nos ad sustinendam
quamcunque famem ciborum
corporeorum, ne nobis vnquam de-
sit cœlestis ille cibus, sine quo ani-
ma nostra deficit & fame mori-
tur.

FERIA QVARTA.

Exercit. 35.

*Psalm. 118. Quam dulcia faucibus meis elo-
quia tua, super mel ori meo.*

*Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mēsam
aduersus eos, qui tribulant me.*

*Prouer. 9. Sapientia adificauit sibi domum,
miscuit vinum, & posuit mensam.*

*Ibid. Venite, comedite panem & bibite vinū
quod miscui vobis.*

Consideratio.

Considerabimus quam opulenta
& omnibus diebus abundans sit

dd. 4

men-